

Sepulcrum sit medicus, ubi iacebat ægrotus: & dignum erat, ut ubi occiderat humana superbia, ibi caput Adami, ubi fixa crux Christi.

Tertull.

Golgotha locus est, capitis calvaria quondam: Lingua paterna prior sic illum nomine dixit. Hic medium terra est, hic est victorie signum. Os magnum hic Veteres nostri docuere repertum, Hic hominem primum suscepimus esse sepultum, Hic pariter Christus: pio sanguine terra madescit, Pulvis Adæ ut possit vestris cum sanguine Christi Commixtus, stilantis aque virtute levari.

Hieronym.

Hieronym. in Matth. 27. 33. Audivi (ait) quendam exposuisse Calvaria locum, in quo sepultus est Adam: & ideo sic appellatum esse, quia ibi antiqui hominis sic conditum caput, & hoc esse, quod Apostolus dicit: Surge qui dormis & exurge a mortuis & illuminabit te Christus. Cyprian. Carm. de Pasch. à v. 1. ita in propositum cecinit:

Est locus ex omni medium quem credimus orbe, Golgotha Iudei patrio cognomine dicunt, Hic ego de sterili succiso robore lignum, Plantatum, memini fructus genuisse salubres, Non tamen bos illi qui se posuere colonos Prebuit, externi fructus habuere beatos, Quod tulit hoc primo, maturo semine lapsum Conceptit tellus, Mox hinc (virabile dicitur) Tertia lux iterum terra, superisque tremendum Extulerat ramum vitali fruge beatum. Arboris hac species uno de stirpe resurgit, Et mox in geminos extendit brachia ramos.

Cyprian.

48 Aliter refert Pineda, de Reb. Salomon. lib. 5. cap. 14. ex quodam incognito Auctore, historiam Crucis: quam retulimus ex Rab. Iocade, num. 46. Moribundus Adam (inquit) precepit Seth ut contendat statim ad Cherubinum, paradisi custodem, petiturus particulam olei misericordie, quam Deus illi pulsò è paradiso pollicitus fuisset: à quo Seth via ignarus, cum signa aliqua quæstisset, pergere iussit in Vallem Hebron, atque ibi quondam fixa ipsius Adami & Evæ vestigia investigare, in quibus nihil unquam virentis herba provenisset;

Vestigia

quorum vestigiorum ducta viam paradisi tenere possit. Obiit Seth patris mandata, & illa Adami & ipsa via indicta eum tenuisset; tam paradiso proximus, ac tanto loci splendore percussus, in ipso horti ingressu constitit. Accurrens Angelus quarit, quid velit, & Seth mandata patris exponit. Angelus bene acceptum permisit Seth, caput oculoque in paradisi locum circum spectandum emittere, atque attentè cuncta observare. Vidit ergo in paradisi medio uberrimam quendam atque amplissimum fontem: prope fontem verò ingentem arborem, multis diffusam ramis, sed sine folijs, sine cortice; & primorum parentum peccatum fuisse cognovit. Rursus admonitus Seth ab Angelo dispicere iterum; videt observatque arbo-

Floret ligni

rem illam tam proceram, ut vertice oculum attingeret: in ipso verò arboris cacumine considerentem infantulam, vagrantem & plorantem. Suorum verò parentum peccati originarij rescripta memoria pudibundus Seth, dimissis oculis & vultu in arboris truncum; videt destexos deorsum ramos per mediam tellurem ad infernum usque penetrantes, & tunc cognovit Abelis animam. Converso deinde ad Angelum visa omnia narranti, Angelus exposuit quæ esset infantulus ille cacumini arboris insidens, nimirum Filius Dei. Hoc oleum misericordie à Deo parenti promissum, pulsò è paradiso. Ergo Seth de redita cogitanti dedit Angelus tria seminis grana eiusdem illius arboris, cuius vetitum pomum carpserat Adamus; simulque iniunxit, ut triduo post reditum suum iam diem obeunte Adamo, tria illa grana in os defuncti subtus linguam inderet, sicque cadaver sepultura mandaret. Adamus de suo intra tres dies obitu certior factus à Seth, atque de rebus alijs instructus, totus ridendus atque hilaris gratias Deo reddidit, & tam post satis longam vitam spiritum suum in illius manus deponit. Mortuo parente, inditisque tribus illi gravis subtus linguam, iuxta funeris persolvit Seth: Pauloque post ex tribus illi seminibus pullulans sarseni tres lon-

longitudine brachij unius: primus Cedrus, secundus Cupressus, tertius palma. Steterunt tres isti rami, seu potius arbores, ævis in Adami ore radicibus, ad usque saculum Noë. Hic egressus de Arca genuit filium gigantem, qui cupidus vendendi sepulchrum Adami, in vento, tres illos furculos ex Adami ore progeminatos primum avellit, deinde in deserto separatim colloq; prælagens spiritu prophetie fructus mirabiles alturos: Ergo Deo sic volente (subdicat) in sese mutuo tres illi rami inflexerunt, & coniunctione mirabili in unam ingentem arborem coalescerunt. Uno igitur & indiviso trunco & caudice, folia triplici illa varietate distinguebantur. Durat arbor usque ad David: sed illud lignum quod Deus ostendit Moyse, fuit ex illa arbore nata in Adami ore, plantata in deserto; quam iterum transiit Moyse in monte Thabor. Illustre ratiocinium! Ibi Moyse nisi post mortem, Christo transfugatur, non fuit. Nescio quo memorie lapsu, Auctor. Floraliū novar. ex quo Pineda decerpit, Palmam Deborz in Thabor. (de qua Iudic. 4.) ex arbore Adami furculum non nominat.

Translatum in desertum

Hinc in Thabor.

49 Redeamus ergo in historiam. Cùm à Davide materies prepararetur in Dei templum, forte in arborem caesores incidunt, natam in Adami ore in deserto transplantatam, & iterum à Moyse in Thabore constitam. Rei novitate & miraculo excitus David, visa arbore, quid? Prophetia spiritu plenus (inquit) Trinitatem beatissimam in illo uno triplici ligno salutans, & summum ligno honorem habens: Incredible, inquit, solatium & eximiam latitudinem orbi universo, domique meæ hoc lignum proferet. Fore utique sit filius Dei in cruce, ex illo ligno fabricatam, suffigetur. Ergo sacrum lignum summo honore habitum, in medio templo, Tabernaculoque erigendum curavit. Cùm Regina Austri, qua Sibylla & Prophetissa, venisset Ierusalem, audita sapientiam Salomonis, templum ingressa & lignum contacta, sic inquit ad Salomonem: Quod vides lignum, multorum mirabilium instrumentum erit. Fore, ut illi aliquando Dei filius crucifigendus addiceretur. Post discessum Regine Saba, voluit Salomon sepelire lignum, uti fecit in loco abdito, ne a populo suo Deicidium committeretur, sed decursu temporis, torrente terram lambente, apparuit lignum innatans eo loco, quo Probatica piscina, cuius aqua semel in anno cuiuscunque infirmitatis medicatrix, à ligno accipiens virtutem: quod quidem extractum, pontis vicem gerebat ascendentibus in templum, & à Iudæis damnato Iesu in cruce ipsi efformatum. Idem paulò aliter refertur à Comestore in 3. Reg. cap. 26. Tradunt quidam (ait) Regnam rescriptisse Salomoni, quod presentialiter ei dicere timuit: se vidisse scilicet quoddam lignum in domo Saltus, in quo suspendendus erat quidam, pro cuius morte regnum Iudaicum periret, & certis indicijs illud Regi indicavit: quod timens Salomon in profundissimis terra visceribus occultavit lignum. Quomodo circa tempora Christi in Probatica piscina supernaverit, incertum est: creditur fuisse hoc lignum crucis Dominice. Reperit etiam in Hist. Roang. cap. 81. Ut aliquid certum de incerto tempore diceretur, refert Alapide ex Genebrardo, eo die quo conceptus est Christus ingenti terremoto fuisse templum concussum, fontemque hunc è terra erupisse, arcanâ virtute præditum, ut morbos quoslibet ablutos sanaret atque illum exaruisse, cùm ex cedro, palma & oliva ibidem reperitis, crux fabricata est, in qua crucifixus fuit Christus. Ita narrat in Ioann. 5. 2. Plura in rem videnda apud Barrad. hic, & Greffer. d. lib. 4. cap. 4. Ex his patet, vel Ethnicis revelata mysteria crucis, quandoquidem ita distinctè de illa locuta Salomonis Regina Saba, ab aliquibus Sibylla plaufa. Quid non Patriarchæ flagrantia vota, cùm salus mundi in ligno venerando collocata? Exprimat Venantius de Cruce, v. 54.

Præfixum in Tabernaculum perducitur.

A Monumento abconditur.

Apparet in Probatica.

Pet. Coemeter.

Concepto Christo facta piscina Probatica, qua aruit, inerte.

Venantio.

Fertilitate potens, à dulci & mobile lignum! Quando tuis ramis tam bona poma geres? 50 Tertullianus invenitur in Gentiles, quippe in Christicolis plecebant, quod ipsi nescientes adorabant: Diximus (ait in Apolog. c. 16.) originem Deorum vestrorum à plasticis de Cruce induci: sed & Victorias adoratis, cùm in tropæis Cruces intestina sint tropæorum. Religio Romanorum tota castrensibus signa veneratur, signa turat, signa omnibus Dijs præponit. Omnes illi imaginum suggestus insignes monilia Crucium sunt. Laudo diligentiam: nolui stis nudas & incultas Cruces consecrare. Pars Crucis est omne robur, quod erecta sitatione defigitur. Nos (carpitur) si forte integrum & totum Deum colimus. Idem, ut ait Zephyrus, Qui totâ totum Deum representamus. Addit Pamellius hic n. 241. Tropæa vestra victorica, non tantum simplicis crucis faciem, verum & adfixi hominis imitantur. Sumpsit ex Minutio in Octov. & Prudent. in Periseph. v. 2778.

Tantum novelli dogmati regnat furor? Hec illa crux est omnium nostrum salus,

Prudent.

Romanus inquit: hominis hac redemptione est; Scio incapax te sacramentis, impie, Non possis cæcis sensibus mysterium Haurire nostrum.

Themist.

51 Hinc ficta insignis fabula, sub cuius involuero apparent nostra mysteria. In cruce actus est Prometheus, quia ignem subtulit e cælo, ut viva hominis formaretur statua e luto erecta, ibique clavis defixus est; de quo Themistius Orat. de Moderando affectu. in liber. insit: Prometheus lutum aqua non macerasse, sed lacrymis. Vide latè Æschyl. in Prometheus. Guilielm. Canter. 2. Novar. lect. cap. 19. Bisciol. tom. 2. Horar. subsecivo, lib. 4. cap. 4. Unde hoc nisi de nostris sacramentis? Homo enim tantum peccato originis imago; sed cui decerat cum Deo per gratiam similitudo: unde ut possit restitui in vitam, Verbum Dei caro factum ignem venit mittere in terram: cui beneficio ingrâte respondens homo, ignis e cælo portatorem cruci affixit, clavisque suspendit in ligno. In quo sanè hoc mirum (subdit Iust. Lipf. in notis lib. sui 3. cap. 13. de Cruc.) cruce repertas fuisse plurimam in templis atque in sepulchris. De India occidentis loquor. Qua origine aut sine? Nescimus, nisi si iam tunc providus ille Deus stare voluit omen & signum dominaturæ illi Crucis. In India Orientali refert Petr. Massius, lib. 4. Histor. in fin. Kircher. in Prodrom. Copt. cap. 3. Alvar. Semedus, 3. p. de Imper. Sinar. cap. 1. Acofta, 4. Istor. Indic. 27. & Iacob Bosius, 2. de Cruc. triumph. cap. 6. Crucis igitur nefcientes Ethnici habebant signum, quasi malorum remedium. Mar. Victor, 1. Genes. à v. 545. accinit: Cum via mortis amara Per lignum ingruerit, mundo, populisque futuris Possit adhuc aliquod per lignum vita redire.

Inst. Lipf. Signum cruci etiam apud varias nationes.

Mar. Viâ.

52 Hic etiam apud Ethnicos fictum, Alcidem ut posset afferre mala Hesperidum aurea, sagittis conficisse draconem, ligno inhaerentem, de quo Natal. de Comitib. lib. 7. Mytolog. cap. 1. & 7. & Virgil. 4. Æneid. v. 484.

Virgil.

Hesperidam templi custos, epulasque draconi Que dabat, & sacros servabat in arbore fructus.

Clava eius repullulavit.

Clavam eius (idest, lignum cum clavis oleagineum, quod ob victoriam Mercurio sacravit) repullulasse, actisque radicibus, insignem arborem factam fuisse; refert Natal. loc. cit. Paulsan. cap. 74. Kircher. Oblis. Pampb. lib. 4. Hierogram. 3. La-Zerd. in illud Virgil. 8. Æneid. v. 250. Advocat & ramis: qui 2. Georg. v. 30. accinit: Quin & caudicibus scætis (mirabile dictu!) Trunditur è sicco radice oleagina ligno.

Idem.

De lancea Romuli frondente, & Achilles icu vulnera sanante, diximus Tom. 1. T. 5. D. 1. num. 4. & 6. refertque Ælian. 1. Animal. hist. cap. 56. Plutarchus etiam in Cæsb. Graecor. & Romanor. subdit: Ordinum duætoribus commessantibus, aquila librans ex alto se sustulit in sublime: Amphiarai lanceam inde dimisit. Ea terra defixa in laurum versa est. Favet alia fabula, quam refert Paulsanias, cap. 46. de arbore Penthei. Ut sacra speculareretur in arborem ascendisse (inquit) & Bacchas impetu sacro viventem lacerasse, & membratim discerpisse. Postea sibi redditum oraculum, ut eam arborem quaererent, & inventa divinos honores haberent. Sanguine revixisse atque lignum aridum floruisse, refert Ovidius, 7. Metam. fab. 2.

Etiã lancea Amphiarai. Plutarch. Paulsan. Arbor Penthei.

Orid.

Ecce vetus valido versatus stipes abeno, Fit viridis primo, nec longo tempore frondet Induit, & subito gravidis oneratur olivis, Vernant flores, bumusque & mollia pabula surgunt.

Et Medee.

Quasi senex homo revivisceret sanguine, ætate relicta, nosque expoliantes veterem, in dueremus novum hominem; sub persona Ælonis pingitur Adamus.

Sub persona Ælonis Adamus.

Recludit Ense senis ingulum, veteremque exire cruorem Passa, replet succis: quos postquam combibit Ælon Aut ore accepto, aut vulnerè; barba comaque Canitie posita, nigrum rapuere colorem. Palsa fugit macies, abeunt pallor que; situsque, Alæ quoque cavee suppletur corpore rugæ. Viderat ex alio tanti miracula monstrari, &c.

53 Maius est quod Christus gessit, quam quod Gentilitas finxit. In cruce confecit dra-

draconem; ut qui in ligno vicerat, vinceretur in ligno. Arator, 2. in Acta Apost. v. 1164. eleganter ait:

Prædo venis, sed præda iaces, letumque ministrans, Arboris alteri consumeris improba ramis, Postque cruce Christi mors est tibi portio ligni.

Arator.

Iam Tau non mortis sed vitæ litera est: videtur enim prompta, quæ salus sperabatur futura. Signatum in numinate, cui epigraphæ: Facundo seculo, de quo Ioann. Hemelar. in Numifon. aur. Tabul. 34. Telluris imago, seu Genij terre Præsidiis; capite turrito, spiras cum caduceo gerit, & sive anchoram, sive tridentem inversum in formam literæ T, radiatum verticem appingunt. Similiter uti enthuasiastus iudicandum lemma illud Octavianii Augusti (numismate cullo triginta tribus annis ante N. Assertoris nativitatem) Salus generis humani; ubi columna clypeata & Victoria cum corona, de quo in Ephemer. die 25. Decembr.

Imago temporis. nativitati Christi. Hemel.

Adhuc adest, nondum reliquit folia, sed viret, Cum ex non marcescente alea sit facta.

Earip.

Uti dicit Euripid. in Ione, v. 1435. de corona facta ex Apollinis laurea. Iam in fronte Regum crux illa fixa est, cui inimici insultaverunt: ait August. in Plal. 54.

August.

Quod signum dextera vindex Prætulit, quali radiante stemmate pila. Christus purpureum gemmanti textus in auro Signabat labarum, clypeoram insignia Christi Scripserat, ardebat summis crux adita cristis.

Prudent.

Accinit Prudent, in Simmach. à v. 569. Plura congerit Iust. Lipsius, d. lib. 3. cap. 15. & 16. nefcioque quo numine Virgil. 12. Æneid. à v. 206. succinit.

Virgil.

Olim arbor, nunc artificis manus ære decora Inclaudit, Patribusque dedit gestare Latinis.

Crucem dedit Salvator ut sceptrum; sed florens sanguine illud priscum paradisi lignum: non,

Ut sceptrum hoc (dextrâ sceptrum nam fortè gerebat) Nunquam fronde levi fundet virgulta nec umbras, Cum semel in sibus imo de stirpe recisum Matre caret, posuitque comas & brachia ferro.

Idem.

Sed ut canit Cyprianus, quo num. 47. à v. 16. extollens salubre lignum; Crevit in immensam, cælumque vacuum summo Contigit, & tandem sanctum caput abdidit alto. Hinc iter ad ramos & dulcia poma salutis: Inde iter ad cælum per ramos arboris alta.

Cyprian.

54 Quid mirum, quod Ethnici in signum confugerint, si vel animalia docerent. Ipsa species Crucis (inquit Hieronym. in Marc. 15. 21.) quid est, nisi forma quadrata mundi? Oriens de vertice fulget, Arcæon dextra tenet, Aufter in levo consistit, Occident sub plantis firmatur: unde Apostolus dicit: Ut sciatu qua sit altitudo & latitudo, & longitudo & profundum. Avis quando volat ad aethera, formam crucis assumunt: homo nans per aquas, aut orans, formâ crucis vebitur: navis per maria, antenna cruci similita sufflatur: Tau litera signum salutis & crucis describitur. Paulin. ad Cytber. v. 8.

Rebus in vorij. Hieronym.

Utraque regni cælestis mysteria Muta loquuntur alis:

Paulin.

Sacram potentis explicant instar crucis Suspensa pennis corpora.

Paulin.

Aliqui dicunt Manuodiattam, seu avem paradisi, quæ deorsum nunquam descendit, in formam crucis dormire (adi Ioach. Camerar. lib. 3. Emblem. 43. Conrad. Gerner. de Avib. lib. 3. liter. P. & Ulyll. Aldrovand. 16. de Avib. cap. 17.) & ut tuta sit, semper rostro inhætere arbori altissime; qua de causa dicitur Avicula Dei. Crux in Venetis crucem designatur Moracilla, de qua Natal. Comes, lib. 8. Mytolog. cap. 19. Auctoresque præfati; illam & propositum describit Alcianus, Emblem. 78.

In manu cordiata, & moracilla.

Ne dirus te vincat amor, neu fœmina mentem Diripiat magicis artibus ulla tuam; Bacchica avis pressè tibi motacilla paretur, Quam quadrirariam circuli in orbe loces,

Alcian.

Ore crucem & cauda, & geminis ut compleret astra
Tale amuletum carminis omnis erit.

Crux in Ven-
neris cru-
cibus.

Forma crucis signatur in ave, sed allegoricè; ut mortificationis virtus constet in illece-
bras Veneris: igitur turpis amor celestis calcatur amore, dum caro cum vitijs crucifigi-
tur, & mortificatio Iesu in corpore circumferretur. Hoc est in Venerem amuletum, quippe
in vitia crux scutum. Modulatur Prudent. in *Catbemer.* a. v. 370.

Crux pellit omne crimen,
Fugiant crucem tenebræ:
Tali dicata signo,
Mens fluctuare nescit.

Prudent.

55 Virtutem sanctæ crucis (arbitror per traditionem ex his quæ à Noëmo & fi-
lijs eius patres illorum audierunt, & narrarunt filijs suis, eò quòd omnium intererat)
Ethnicis cognoverunt. Unde, quantum auguror, orta superstitio adorationis arborum,
inter quæ procerioris in lucis amplior ornatus & cultus; à qua suspensa micabant vota, &
rutilabant tæniæ ac vela, sæpeque pretiosa spolia, uti dixi, *Ephemer.* Ifagog. Octobr.
n. 29. ex Ovidio & Statio: isque regerit lib. 1. *Silo.* 3. v. 59. & lib. 2. *Silo.* 3. à v. 67.
ex Virgil. 10. *Antid.* v. 423.

Arbores
olim orna-
bantur &
adoraban-
tur.

Stat.

Quid te, quæ medijs servata penatibus arbor,
Quo non sub domino savas passura bipennes?
Qui nunquam vacui prodistsis in æthera rami;
Hæc tibi parva quidem gentali luce paramus
Dona, sed ingenti forsam victura sub ævo.
Tu cuius placido posuere in pectore sedem
Blandus honor, hilarisque (tamen cum pondere) Virtus.

Plin.

A quæ in-
terna pend-
bant.

Pende enthusiasmum, & cogita sanctæ crucis articulum. Hæc fuerit Numinum templâ
(ait Plin. lib. 12. cap. 1.) pricoque ritu: simplicia rura etiam nunc Deo præcellentem ar-
borem dicant. Nec magis auro fulgentia, atque chore simulacra, quàm lucos, & in
bis silentia ipsa adoramus. Hinc appensas lampades ab Ethnicis in arboribus tradit. Iust.
Lypf. 1. *Electior.* cap. 3. succinitque Prudent. in *Simmach.* v. 1819.

Et quæ fumiferas arbor vittata lucernas
Sustinuit, cadit ultricis succisa bipennis.

Prudent.

De Xerxis platano, quam ornavit auro monili, & uni immortalium (idest, militi ex
his quos Persæ dicebant immortales, ut ait Curtius 3. in *Alexand. histor.* cap. 3. & He-
rodot. lib. 4. cap. 93. quorum insignia præfixa hastis mala aurea; uti astruit Cæsar. Rho-
digin. lib. 2. 5. cap. 1.) credidit custodiendam, tractat *Ælian.* 2. de *Var. histor.* cap. 14.
Sciebant ex traditione, Dominum à ligno regnaturum. Unde David (ut legunt Septua-
ginta è quibus Tertull. lib. 3. *Advers. Marcion.* cap. 19. & 21. & *Advers. Iudeos.* cap. 10.
& 13. Cyprian. de *Sina & Sion.* Ambros. in 1. *Cor.* 15. August. & Genabr. in *Psalm.* 95.)
ait: Dicite in Gentibus, quia Dominus regnavit à ligno: & cum venerit, tunc exulta-
bunt omnia ligna silvarum, utri eorum: contingat fieri thronum ab illo regnantis. Ideo
nato Domino cuncta floruerunt: *Aldrovand.* Tom. 13. lib. 1. fol. 39. & 65. Quod quidem
subodorati sunt Gentiles, cum Cicero 2. de *Divinat.* (referente *Genabr. ann. Christ.*
71.) dixerit: Sibylla versus observamus, Aliquem appellandam esse Regem, si salvi esse
velimus. De hoc Rege (subdit Aquent. Archiepisc.) Sibyllinum librum vertisse Cice-
ro nem, asserit *Constantinus Imperat. Orat. ad Senat.* Hæcine volapè compilavi præ
crucis veneratione, & quomodo Deus vel cæcis ostendit salutem orbis, & cæcumen cha-
ritatis, cum filio suo non pepercerit, sed pro nobis omnibus in lignum tradiderit.

Salve ara, salve vicima
De passionis gloria:
Qua vita mortem pertulit
Et morte vitam protulit.

Venant.

Canit Venant. de *Cruc.* v. 5. Videtis Suidam, verb. *Stauros*; *Ruffin.* lib. 2. cap. 29. Ni-
cephor. *Callist.* lib. 12. cap. 26. *Socrat. Histor. Ecclesiast.* lib. 5. cap. 17. & *Laurent. Pignor.*
in *Mensam Isaac.* fol. 9.

Cor ianua
M. & T.

56 Hæc enim sunt præcepta sæculi, ut disceret per quod Filius Dei mortuus: etiam
scire congruebat per quam sceminam natus. Hinc numisma illud insigne (de quo Iust.
Lipf. lib. 3. de *Cruc.* cap. 16.) in cuius fundo cussa T. & M. ut per matrem Mariam &
Crucem noverceret ex qua Salvator natus, in quaque mortuus. *Opus enim erat* (inquit
Bernard.

Bernard. ferm. 12. de 12. *Stell.* n. 2.) mediatore ad mediatorem; nec alter nobis utilior, quàm
Maria. Hoc enim intuitu apud Hebræos insignia castrorum, T. apud Græcos, M. ibi sa-
lus & prosperitas, hic imperium, quia super binam coronam M. denotatur: insit Kircher.
in *Œdip. Egypt.* 1. Tom. class. 1. cap. 3. additque Picinell. in *Mund. symbol.* lib. 2. 2. n. 143.
epigraphen: *Stat magni nominis umbra:* igitur in litera initiali nominis umbra late-
bat humanæ felicitatis: cum pateret, Virginis presentiam non solum Patribus repro-
missam, eò quòd oraculis prænucciata propheticis; sed etiam Gentibus, quippequàm mys-
tificis præfigurata miraculis. Eius prærogativa singularis, non solum quòd mater Dei, sed
quòd virgo & mater, ut illa esset benedicta inter mulieres, & beatam dicerent omnes ge-
nerationes. Ut longè gloriosior fiat (subdit Bernard. num. 9.) & virginitas ex sœcunditate,
& ex virginitate sœcunditas, ac mutuis sese radijs illustrare hæc duo sidera videantur;
Magnam enim virginitatem esse, sed virginem matrem esse, longè amplius per omnem modum.
Videbimus ergo quomodo revelata fuit Patribus, postque Gentilibus.

Bernard.
Maria me-
diatrix in
mediatoris.
Kircher.
Picinell.

Prærogati-
va singula-
ris Mariae:
mater Dei
& mater
virgo.
Bernard.

57 Atrocitè propositam Anselmus de *Virgin.* excellent. cap. 2. Tacitis itaque illis
(ait) ab initio omnis creatura usque ad sanctum sui adventum sunt de hac Virgine pro-
phetata, sicut tam per eos qui ante legem, quàm & per eos qui sub lege iusti fuerunt. Il-
lud consilio apud me, magna quedam atque miranda divinorum signorum indicia præcur-
risset. Idem invenitur apud Damascen. 4. de *Fide orthodox.* cap. 15. Andr. Cretens. de *Dor-
mit. Deipar.* & *Idlephous.* ferm. 1. de *Assumpt.* Primo revelatam fuisse Adamo, asserit Vir-
ginita in *Serm. Angelic.* cap. 8. & *Pelbart.* in *Stellar.* lib. 5. p. 1. art. 3. cap. 2. *Spinell.* de
Virg. cap. 22. num. 2. *Salazar.* de *Concept.* cap. 19. à num. 9. *Canisius.* de *Deipar.* lib. 5. cap. 9.
Amadaus *Lausaneus.* homil. 7. de *Assumpt.* ac *Delr.* 1. *Adag.* 6. & ex *Poëtis.* *Alcim.* *Avit.*
lib. 2. *Genes.* à v. 138. & *Mar. Victor.* lib. 1. à v. 494. Deinde Seth, filio Adami, uti
dixi, *Tom.* 5. T. 11. D. 5. num. 5. & astruit *Bolduc* de *Ecclesia ante leg.* lib. 1. cap. 3. *Deia-
de* *Henoch* & *Noë*, ut ait *Eugubin.* 1. de *Perenn. Philosoph.* cap. 1. immitte *Tertullian.*
de *Habit. mulieb.* cap. 3. de revelatione facta Abrahæ egimus, num. 19. Sufficiebat enim
clarum *Isaia* testimonium, cap. 7. 14. (de quo *Math.* 1. 23.) Dabit Dominus ipse vobis
signum: Ecce Virgo concipiet & pariet filium. Quid perspicuius? Hæc enim summa, hic
suis testamentorum (ait *Amad.* cit. homil. 1. de *Laudib. Virg.*) *Christum* annuntiare &
Virginem Mariam: & id quidem nunc sacramentis tegitur, nunc enigmatibus & simili-
tudinibus obvolvitur, nunc ritu festo celebratur, nunc sacrificijs obumbratur, nunc declara-
tur prophetia, aut Evangelicè assertione roboratur. Unde *Anselm.* in *Hymn. Virgin.* Procl. 3.
v. 61. succinit:

Anselm;

Futura Vir-
go revelata
Patribus.

Amada
Lau.

Ace per quam confirmata
Dei misericordia:
Veritatem prophetia
Aperuit & gratia.

Anselm;

Non nudè matris Salvatoris datum signum, sed Vates expressit singulare privilegium, de-
monstrans in genitricis inodum. Sic *Christus* quòd nascitur (insit *Chrylogosus.* ferm. 1. 46.)
non est consuetudo, sed signum: non est natura, sed virtus: non ordo est, sed potestas: & est
celestis miraculum, non ratio humana. Hic mundana sententia quid capiet? Hic carnis intelli-
gentia quid requiret? *Christi* generatio sic erat. Illa insignis,

Chrylogos;

Dano cui contigit alto
Virginis & matris geminâ gaudere coronâ.

Alc. Avit.

Uti canit *Alcim.* *Avit.* *Ad Soror.* v. 226. *Adi dicta,* *Tom.* 5. T. 3. à num. 130. & D. 3.
à num. 3.

58 Facta etiam Virgo lumen ad revelationem Gentium. Aliquis queret (inquit
Marfil. Ficin. ubi num. 44.) quas potissimum casti figuras imaginibus imprimere solerent
Ægyptij. Sunt enim ibi forme oculis valde conspicuæ, & à multis quales sunt figuræ Zo-
diaci, & quæ sunt extra Zodiacum, manifesta. Sunt ibi præterea forme quamplurima
non tam visibiles, quàm imaginabiles per signorum facies ab *Indis*, *Ægyptijs*, *Chaldeis*,
que profectæ, vel saltem excogitata: velut in prima facie *Virginis*, *Virgo* pulchra sedens,
geminas manu spicas habens puerumque nutriens. Sunt enim characteres quidam *Sgno-
rum* & *Planetarum* ab *Ægyptijs* designati: volunt igitur imaginibus omnia insculpi; ut
siquis expectet propriam à *Mercurio* (Dei sapientia) beneficium, collocare eam in *Virgine*
debeat. *Avenar.* apud *Kircher.* d. *Tom.* 2. p. 2. cap. 6. inquit: In prima facie *Virginis* ascen-
dit *virgo* pulchra, longis capillis, & duas in manu spicas continet, sedetque supra sedem
& nutrit puerum adhuc parvulum, & lactat eum & cibât eum. *Stellerius* in *Sphaer. Procl.*

Signâ Ma-
rie signum
Virginis.
Marfil. Ficin.

Eius imago
& figura.

Aven.

sc exponit: *Oritur in primo Virginis decano puella, Arabiè dicta Aderenosa, idest, virgo manda, virgo immaculata corpore decora, vultu venusta, habitu modesta, crine prolixo, manu duas aristas tenens, supra solum auleatum sedens, puerum nutriens, ac iure pacis, scens in loco, cui nomen Hebræa: puerum dico à quibusdam nationibus nominatum Iesum, significantiibus Ista, quem & Græcè Christum dicunt.* Hæc Albumallæ apud Auctori. præf. Si hæc Atabs extra religionem in *Introductor. maior. ad Astronomon. tract. 6. describitur*; cur Hebræus credere renuit? Clare Salvatorem N. natum ex illibata virgine, indigari, & quasi mysterioso caractere concentu cæli describi. In rem Cardinalis Aliacus in *Genes. q. 30. & Albert. Magn. in Specul. cuius verba refert Sixtus Senens. 6. Biblioth. Annot. 10. Horocopus in nativitate Chilli fuit pater Virginis octava, quæ religionis immutationem significat. Non quia subiacet (ait Albertus) stellarum motus, aut earum iudicio natorum desideratissimus, qui creaverat ipsas stellas; sed quia cum extenderet oculum sicut pellem, formans librum universitatis, noluit literis eiusdem deesse ex his, quæ secundum providentiam suam in libro aternitatis sunt scripta, etiam illud elegantissimum à natura quod de Virgine nasceretur; ut profectò per hoc innueretur homo carnalis & verus, qui non naturaliter nascebatur: non quod cæli figura causa esset nasceretur sed potius significatio. Imò & vero verius, ipse erat causa, quare modus admirandæ suæ nativitatù significaretur per cælum.*

59 Alte præcavet iudicium fieri ex stellarum hac vel illa constitutione, quippe futile omnino, ut notat Augustin. 5. Civ. cap. 1. & 3. sed tantum signat cæli figuram quasi partus virginalis notam; ut quod Astronomi ex impossibili fixerunt ut admirabile, claresceret puerperâ virgine: videbatur enim in terris virgo pulcherrima lactans & nutriens puerum; ubere de cælo pleno, quippequàm mater & virgo. Huius mysterij notitia: ab hominum memoria, credo, derivata, contracto à Romanis Magnæ Matri templo; In eius culmine (inquit Vincent. Chartar. de Imag. Deor. fol. 150. de quibus nos sæpe egimus) virgo erat effigata, quæ alnis infansem continebat. Ut huiusmodi cæli systema perspicuum constet, speculum obijectionis contemplationi terra miraculum; In die nativitatù Domini (inquit Bonifac. Baggata, Tom. 1. de Admirand. orb. lib. 3. cap. 1. n. 1.) mediâ die circulus aureus apparuit circa Solem, & in medio virgo puerum baiulans, & literis inscriptus: Hæc est ara Filij Dei viventis. Tunc Sibylla Octavian. Cæsarem advocavit, visionem ei ostendit, & puerum illum ipsa die natam dixit, quem Augustus maiorem asseruit. Hunc Imperator adorans, eidem sacrificavit: in eoque loco nunc edificata est Ecclesia, quæ dicitur, Ara Dei. Eadem apud Hubert. Goltz in Vit. August. fol. 115. Marlian. in Rom. Topograph. cap. 150. ubi in occidentali latere Obelisci Augusti à Sixto V. erecti scriptam manet: Christum Dominum, quem Augustus de Virgine nasciturum vivens adoravit, seque deinceps Dominum dici vetuit, adoro. Metrice cælebrat Mantuan. Carm. 1. lib. 3. Partben. Aliter Respublica Romana in Append. §. 6. Senatores videntes Octavianum tantæ prosperitatis, & quod totum orbem tributarium fecerat, voluerunt adorare. Renuit, Sibyllam consuluit: quæ post tres dies Imperatorij respondit:

Sit iudici signum, terra sudore madescit:
De cælo Rex venit per secula futurus illic.

Sibyll. Tibur. *Postquam dixisset hoc, cælum apertum est, & splendor maximus irruit super eam, viditque in cælo virginem pulcherrimam & puerum in brachijs tenentem super altare Dei: quod miraretur valde. Audivit vocem dicentem: Hæc ara est Filij Dei: qui statim prociat in terram, & adoravit Christum venturum. Recitavit Senatoribus de quo mirati sunt valde.* Hoc phenomenon vocat Plinius Cometen, terris salutare, cum frequenter venena fundant; lib. 2. cap. 25. ubi Delecamp. Cometes hic Christi Servatoris N. natalem prænuñtiat: se creditur (Egimus, Tom. 3. T. 7. D. 5. à n. 4.) nec sine proposito cogitat: etenim Plin. ibid. præmittit: Ita resurgens, ut vix contueri liceat, specieque humanâ Dei effigiem in se ostendens; Describit Solorzan. Emblem. 22.

Aspice splendentem puerum, radiisque coruscum,
Qui Phœbi nitidas lumine vincit opes.
Quem Dominum monstrat Tiburis manus alna Sibyllæ
Nam soli & solus Rex tonat ille poli.

60 Goltzius loc. cit. arbitrat. Octavianum hanc aram maximam in Capitolio extruxisse cum inscriptione, Ara primogeniti Dei; quia nascente, Dei primogenito scivit Delphico oraculo oracula cuncta obtulisse: de quo egimus in Ephem. die 25. Decembr. unde hæc decerpimus, Ex quo vidit in cælo hocinæ mirabile portentum, Orosius ut re-

Albumall.

Horocopus in nativitate Christi.

Alb. Magn.

Virgo mater præfigurata apud Etrusc. Chartar.

Bagatt. Miraculæ Christi nativitat. Marlian.

Sibyll. Tibur.

Resp. Rom.

Plin. Delecamp.

Plin.

Solorzan.

Octavianus se Dominum vocari voluit.

fert lib. 6. cap. 22. ex quo Genebr. Ann. Christ. 32. n. 7. hoc est, die nativitatù Christi, Genabr. mandavit, ne quis Dominum se vocaret, sentiens, credo, verum orbis Principem natum fuisse: Dei enim cognomentum est. Idem Tertullian. in Apolog. cap. 34. Articulum narrat Sueton in Eo, cap. 53. exponitque Mantuan. quò dudum ex persona Sibyllæ, acciniens:

Pone, precor, Cæsar fastus Auguste superbos,
Teque (hæc tractes vastæ telluris habenas)
Esse sub immenso positum reminiscere summi
Principis imperio, cui rerum aterna potestas.

Mantuan.

Quis non cederet, cum apud Romanos maxime diebus illis frequenter versaretur, quod refert Ravil. Textor. in Synonym. lit. C.

Virginei partus, magnoque aquæva parenti
Progenies superas cæli quæ missa per auras,
Antiquam generis labem mortalibus ægris
Abluit, objuræque viam patefecit Olympi.
Æterno genitore natus,
Orator Patris è sinu verendi,
Vocem Evangelij ferens suavem,
Quæ creditibus exhibet potenter
Vitam, iustitiamque sempiternam:
Et qui sanguine suo nos redemptos
Exaudit, reputat, facitque iustos,
Ostenditque pijs suum parentem.

Rav. Text.

Hæc enim, unde? Videtur ex Evangelio. A nonnullis intra Romana mœnia celebri fama vulgatur (ait N. Petr. Damiani, Opusc. 36. cap. 12.) quoddam videlicet Romulus, qui Conditor urbis asseritur, constructo Palatio, in hanc vocem, quasi de firmamento operis confusus eruperit: Certum est, & immobiliter fixum, quia nisi virgo pepererit, domus ista non corrueat. Sicque, si tamen verum est quod asseritur, ex Gentilis homini lingua, sicut rei probavit eventus, egressa est propheta: nam nocte qua Saluator ad redemptionem nostram ex virginali alvo processit, sicut dicitur, palatium corruit. Utrumque mirimum, & virginem parere, & adificium ruere, homini Deum ignoranti, impossibile videbatur: at qui utrumque semper potuit, sed diu intra prudentia sua secreta continuit, utrumcum cum voluit, per effectum operis congruo tempore declaravit. Plures de templo Pacis vel Fortunæ, quod erat in Palatio referunt, ut diximus, Tom. 3. T. 7. D. 1. n. 6. & Antonin. 1. p. Summ. histor. tit. 4. cap. 6. §. 10. præter AA. ibi cit. Mirum prostris, sed mirabilibus, quod refert Cæl. Rhodigin. lib. 9. cap. 19. Quod ad Virginis attinet partum (inquit in Ægyptiorum mysterijs lectum est: Mulierem ab spiritu affari diviniore; non videri absurdum, & extraque naturæ potentiam: atque eundem generationis femina item inferere. Quam antiquæ vel apud Etrusc. cor nœria, de Virgine paritura Maiol. 5. T. 3. n. 130. ex Maiolo Tom. 2. colloq. 1. & Anonymo in Observationib. ad Natal. Comit. Mytholog. cap. 14. Idis apud Ægyptios institutus ardentissimè cultus, ex tenui aura fame, quæ fuit reliqua de muliere paritura filium, generis humani Redemptorem. Significat enim Ipsi Virginem.

Petr. Dam.

Templi quæ Roma corruit?

Cæl. Rhod. Quam antiquæ vel apud Etrusc. cor nœria, de Virgine paritura Maiol.

61 Mos apud illos prævaloit collocandi in læto Virgine & infansem recens natum in præsepio, uti asserunt Dorothe. in Synops. Epiphani. in Vit. Ierem. Sallian. Ann. Mund. 3448. n. 15. Sherlog. Antiq. Hebræic. lib. 1. disert. 4. sect. 18. n. 134. Canif. de Despar. lib. 2. cap. 7. Gasp. Sanct. in Ierem. Prolegom. 5. denique Chronicum Alexandrin. ubi Hos dedit Sacerdotibus Ægypti signum futurum olim, ut idola illorum per terræ tremorem concussa prociaderent, nato salutis auctore ex Virgine in præsepio tacenti. Quare bodieque fabricant imaginem virginis puerperæ, & infansem in præsepio positum adorant: cuius rei Ptolomæo causam sciscitant; Sacerdotes responderunt: Id mysterium à venerando Propeta Ieremia Maioribus olim suis fuisse editum. Alludit illa celebris inscriptio in monte Sina inventa, de qua egimus, Tom. 4. T. 3. n. 10. ex Kircherio in Prodrom. Copt. cap. 8. scilicet: Deus Virginem concipere faciet, & illa pariet filium. Fusè tractat idem Auctor & spectatili eruditione in Oeasip. Ægypt. p. 1. Tom. 2. class. 2. cap. 2. ubi non solum refert mirum, sed Thoma Novariensi auctore, à Ieremia literas formatas ænigmaticè hierophantas, asserit, & eo loci collocatas, quo Dominus in rubo apparuit Moyssi. Q. d. Ille (subdit) novissimis temporibus Virginem (cuius rubus inconcubitus hoc loco visus, & typus combustus, Tom. VI. E qui-

Idem. quidam erat) concipere faciet, & illa pariet filium Iesum Mesiam, qui saluum faciet populum suum. Portentum rubi in hoc propositum celebrat Catholica Ecclesia canens; Rubum quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem, Dei genitrix. Claudian. post Epigrammata, esto Ethnicus, concinit.

Quemque atero inclusum Maria, mox numine viso Virgines tumere sinus, innuptaque mater Arcano stupuit compleri viscera partu, Auforem paritura suum.

Claudian.

Et quando prodigia in orbe videntur.

Amat.

Alij non à Jeremia, sed à Moyse inscriptionem factam asserunt, inferturque lapidem Scripturæ in altare, quod Moyse crexit ad radicem montis Sinai. Ita Kircher, loc. cit. eiusque allecla Amatus Chezard ex numeris signatis per characteres quibus constructa inscriptio, efformat, quando hocine singulare miraculum in orbe videndum. Moyses (ait) etiam temporis apponere voluit circumstantiam: q. d. Anno ab hinc supra millesimum quingentesimum, Deus faciet Virginem concipere, & illa pariet filium. Unde tempus inscriptionis illius incideret in annum, proxime sequentem egressum filiorum Israël ex Aegypto. Vide apud Kircher. schema characterum & numerorum in computum.

62 Non minoris momenti est illa arca lapidea inventa à fodiente in Thracia (aliqui, ut Cassianus, Catalos glor. mund. p. 12. considerat. 20. & Eugubin. lib. 3. de Perenn. Philosoph. cap. 1. 3. autumat sepulchrum Platonis, Ieremæ qui lychnon & auditor in Agypto; uti dixi Tom. 4. T. 5. n. 30. & 76.) in cuius concavitate erat lamina aurea, & ad pectus iacentis cadaveris, in qua scriptum: Christus nascetur ex Virgine Maria: credo in cum. O Soli Sub Constantino & Irena (apud D. Thom. 2. 2. q. 2. art. 7. ad 3. legitur, Helena, sed lapsa typographice) Imperatoribus, iterum me videbis. Vincent. in Specul. biflor. lib. 23. cap. 172. Paul. Diacon. lib. 2. Baron. Ann. Chrif. 780. n. 9. & Canif. loc. cit. Cassianus, quò dudum, & Martin. Navarr. Tract. de Orat. & horis Canonie. cap. 21. n. 28. referunt ante Christi adventum erectam aram Virgini pariturse: quò post loco Ecclesia Carnotensis in honorem Beatis. Virginis Mariæ est adificata. Ioann. Nider. in Formic. lib. 4. cap. 6. in fonte iuxta Septem, inventos asserit lapillos, in quibus naturaliter incisum erat: Ave Maria. In alijs Gratia plena: in alijsque: Dominus tecum. Roborat Bagatta, d. Tom. 2. lib. 4. cap. 2. S. 3. n. 24. Petr. Maffei lib. 6. Hiflor. Iudic. fol. 132. inquit. Imago testatur idipsum procrea mulieris, puerulum in sinu foventis, cui ardentes hodieque lychnos nocte nostro suspendunt. Nomen etiam signatur à Indis eius formæ imaginis: sicut digito in imaginem intento, bis Mariam inclamant: ait Hieron. Oforius, de Reb. Emmanuel. lib. 1. fol. 34. Unde Mariæ libi notitia, referunt & Asplicueta & Sherlog. loc. cit. scilicet, olim Canganonis Regem admonitum à Magis, Perfidis & Carnania Regibus, ut unâ cum illis proficisceretur in Iudeam ad Christi recens nati adoranda incunabula; patria restitutam adem erexisse & imaginem Mariæ Virginis Deipare collocasse. Astruit etiam Ioann. Bonifac. 2. Hiflor. Virginal. cap. 1. ac de Indis occiduis, adhuc ethnicis, fusè Nieremberg. 8. Hiflor. natur. cap. 17.

Invenitur lamina in interâ in Platone sepulchro.

Et ora Car. notens. Cassian. Laude Virginitatis incisæ in lapillis naturaliter. Nider. Maffei. Imago apud Indos, & unde?

63 Diximus Tom. præced. T. 11. D. 5. n. 7. de monte Virgo, ad cuius radicem est imago formæ à natura effigiata; & etiam in rupe scissa eiusdem effigies, filium ulnis gestantis. Clarius n. 5. ubi egius de templo ab Argonautis constructo, de quo Surtius Tom. 4. ad diem 8. Jul. in Vit. S. Procopij, qui ita locutus est Præsidem Ethnicum: Cum Iason, princeps Argonautarum, de templo quod Athenis primum constructum est in arce, sciscitatus esset Delphicum Apollinem, & dixisset: Prædic nobis Propheta Phœbe Apollo, cuiusnam erit hæc ades, & ad quid futura in posterum? Sic respondit: Ego tres cupio, Deum unum regnantes apud Superos, cuius verbum ab interitu alienum (simile refert Bagatt, quo supr. n. 19. ex Niceph. Callist. lib. 10. Hiflor. Eccles. cap. 33.) conceptum in simplice virgine. Huius erit hæc ades. Maria autem erit nomen eius. Ita etiam Canif. lib. 1. Deipar. cap. 1. Ioann. Bonifac. d. lib. 1. cap. 2. Spinell. de Virg. cap. 29. n. 2. 3. & Bozius, de Sign. Eccles. 1. Tom. lib. 9. sign. 39. cap. 6. Per Sibyllas etiam prædictam Deiparæ virginitatem, asserit Surtius in 3. p. q. 28. Disput. 5. sect. 2. & alij D. D. Scholast. tam hic, quàm quest. 36. & 2. 2. q. 2. art. 7. Unde vel Virgil. Eclog. 4. v. 5. cum promissa orbi audisset, esto aliò intentus, succinit: *Iam redit & Virgo: redeunt Saturnia regna: Iam nova progenies cælo demittitur alto. Magna ab integro sæclorum nascitur ordo.*

Mira alia.

Snr. Non solum virginitas, sed & nomen ante Christi adventum.

Tacet, quæ proles, quæ mater, quæ Virgo, quisque ordo. Dicit & modum Claudian, quo suprâ, Epigram. 3. v. 1. Angelus alloquitur Mariam, quo præsciâ verbo

Virgil.

Claudian.

Angelus alloquitur Mariam, quo præsciâ verbo

Con:

Concipiat, salvâ virginitate, Deum.

64 Sibylla Cimica tempore Numæ (postquam iudicium totum Albaniensis, de quo n. 57. protulisset; quo patet ab ipsa sumptum, ut videre licet apud Cassianum loc. cit.) Regi prædixit. In diebus illis exurret mulier de stirpe Iudæorum, nomine Maria, & habebit sponsum nomine Ioseph; & procreabitur ab ea sine commistione viri, de Spiritu Sancto filius Dei, nomine Iesu: & ipsa erit virgo ante & post partum. Qui verò ex ea nascetur, erit verus Deus & verus homo, sicut omnes Propheta prædixerunt. Maturè huiusmodi arcanum Deus vel impijs Gentibus manifestavit, ut saltem aliquam (dum prædictum prædicaretur) de matre Salvatoris lucem & notitiam Ethnicis haberent. Per saltum illarum circa præsentem materiam testimonio profaram, quippe de illis agendum Tautolog. 3. à n. 42.

Cassian.

Oracula Sibyllarum.

Puer inde creatus Virgineo partu. Mira est mort alibus hæc res; Hebræa quem virgo feret de stirpe decora. Virgine matre satus.

Sibyl. Erythræa.

Virgine conceptus ab alio Prohibet sine contactu maris. Omnia vincit Hoc natura opera. Militia æterna Regem sacra virgo cibabit Lacte suo, per quam gaudebunt pectore summa Omnia.

Delphica.

Cimmeria.

Sanctam potui monstrare puellam; Omnium felix, cælo dignissima mater, Quæ tantam sacra lactabit ab ubere prolem; Virginit in corpus voluit demittere cælo Ipse Deus prolem.

Tiburina.

Phrygia.

Cassam pro matre puellam Deliget: hæc alias formâ præcesserit omnes: Gremio Rex membra reclinat Regina mundi, sanctus per sæcula vivens. Humano quem Virgo sinu involata fovet: Annuet hoc cælum, vultantia sidera monstrant.

Cumana.

Chyca.

Samia.

Vidi decorare puellam Eximio cassam (quod se servaret) honore, Munere digna suo, & divino Numine visa; Quæ sobolem multo præeret splendore micantem; Progenies summi speciosa & vera Tonantis. Solo, sed satis est, oracula proderet verbo; Ille Deo castâ nascetur Virgine magnus.

Hellensica.

Perfica.

65 Haud exultationem in fidem habuit orbis, & maxime Hebræi: quandoquidem ex illis unus, ut referunt Krautzus lib. 8. Metropol. cap. 34. Bagatt. d. n. 22. Canif. lib. 2. Deip. cap. 7. ex Zonara in Irena imper. & denique Roderic. Sanctus, p. 3. de Reb. Hispan. cap. 40. cum amplificare veller vineam, & scindere eminentem rupem; in eius concavitate, ad quam nullum scissionis signum, invenit librum, ligneis tabulis subtilibus compaginatum, lineæ involutum, Hebræicè, Græcè & Latine scriptum, continentem argumentum de triplici intendo ad Adam, Anti-Christum usque; & principium mundi tertij sic: Filius Dei nascetur ex Maria Virgine: pro salute hominum patietur. Hac mirabili scripturâ videns Hebræus, fide dem agnovit, etiamque veteros gaudibundas susceper. Demum in corinthen referet Petra-Sancta in Allocution. 10. ad miracula comparand. illuminationem Simeonis Iusti, de quo Luc. 2. Expositurus in Synagoga (inquit) oraculum illud Isate, Ecce Virgo concipiet; & pariet filium; expuncto Virginitis vocabulo, cum adscripsisset: Ecce adolescentula, & c. ratui non posse virgini congruere puerperiam; Siderens Genius restituit oraculum semel & iterum pristinis atris characteribus: sed quia toties à Simeone emendatio ea fuerat deleta; demum tertio aureis notis illud rescripsit, ac mysterium Simeoni revelavit: tunc ille responsum accepit à Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Hæc scripta (scitenti altioris præcepta) & toties in scripturis figurata (ut in virga Aarónica ariditate florente, & simul cum floribus fructificante; & in cælo novo & terra nova, muliere circumdante virum, & virgine puerpera) nunquam legere voluerunt, plures in errores sequi prius durâ cervice genium capionem, quam gloriam è populo

Bagatt.

Petr. Sancti Simeoni recelatur arcanum pro eo vicio miraculo.

Num. 17. 82. 161. 74. 61. 17. Ier. 31. 20. pileo

pulo suo Virginem-matrem. Nec in cælo ubi illi collocant insignia præcepta, & in quo cuncta arbitrantur scripta, uti vidimus num. 16. & refutat referens Lel. Bilciola, Tom. 2. lib. 2. Hor. subsefo. cap. 12. viderunt signum Virginis: eteoin pro isthuiuſce Signiferi alt. rissimo, tres spicas plenas, filoque ligatas adſcripserunt. Hæc studiosè ex varijs AA. ſelegi & collegi, in honorem Virginis tanto portento Deiparæ.

Vivat igitur honos Maria: Mariam arduus æther
Ingemet: Marlam tellus, pelagique profundus
Dempto sine sonent: Mariam, matremque salutis
Patronamque cliens, animi nunc æquior, orbis
Antiquâ virtute colat.

Philip. Men zel.

Varietas Ictonum.

66 Modò ergo in Tautologiam reflexo calamo Versiones Sacr. Interpret. apponenda, iuxta aliorum voluminum seriem & ordinem. Præceptum quod præceperam. Alij, ut vidimus in expositione: Præcipiendo præceperam: Præcepto edixeram: Præcipiendo præceptum: Mandato præcepi. Alij: Edicto præcepi: Denuntiatione denunciavi: Præcepti mandato præcepto: Iudicio mandavi: Iudicio præcepi: Mandatum, iudicium iussit. Modò ad morcs aliquid, ut exactè serueimus præcepta Dei.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. Præceptum quod præceperam. Voces geminantur ad obſeuantiam plenissimam. Constat præceptum entitate, modo & fine: diciturque præceptum præceptum, ut formidetur Dei pro discussione iudicium: eteoin non rectum tantum si observatur, quod præcipitur; dummodò in ipsa obſeuantia intentione depravetur.
- 2. Præceptum quod præceperam. Vultus diuinæ legis est audacia transgressoris: diciturque præceptum, quæ lex à Domino; ut constat quid sine Domino præcipitur à peccato; quod quidem ex legis vulnere, transit in vulnus conscientia: quando quidem quamprimùm præceptum frangitur; à percussa conscientia timor præcipitur.
- 3. Præceptum quod præceperam, & iudicio præceperam. Quid ex iudicio præceptum? Quod non prolubium, obſeuantis vitij, ut præceptis iungiturque iudicium & præceptum; ut clareat delictum ex prolubijs sceminarum; igitur illarum

in obſeuantia obſervatio, præceptum sine iudicio.

- 4. Præceptum quod præceperam. Constat auctoritas præcipientis ex præcepto ceterum sine obedientia, ubi non præcipit ratio: præceptumque præcipitur, quasi non præciperetur; quippe præceptum absque ulla præcipientis auctoritate; quum auctoritate firmat, quod debet fieri ratione.
- 5. Præcepto præceperam. Quis præcipiens in præcepto nil ordinat? Mundus, quum suis præceptis delirat: equidem propter cælum voluntariè surdis ad eius voces, ligatis tenore legis, præcipiendo non præcipit; quippe quod est delictum, non est præceptum.
- 6. Præcepto præceperam. Inducitur, esse posse præcepta sine præcepto. Proculdubio, modò iudex præcipit extra legem, iuris excludens affectu vel prolubio directionem: quandoquidem in decretis nulla præcipiendo præcepta; quia non præcepta vulnerata iustitia.

DIDASCALIA I.

Horrendum est incidere in manus Dei viventis.

IN morte prorsum sententia meritis cuiusvis lata, verum non publica: palam universali iudicio, iudicanda clarebant univerſa.

Cuncta cunctorum cunctis arcana patebunt.

Bernard.

Ut ait Bernard. De Cognition. human. condit. cap. 2. n. 4. Ostendetur in cordibus opus legis scriptum, reddente illis conscientia stabile testimonium; præſente simul actore,

crimine, iudice, teste, instantia invicem inter se cogitationum accusantium vel defendentium. Rom. 2. 15. Quæ pravia in orbis consummationem, iam acta; priusquam à corpore dire scinderetur vita: ætenuim cruciamina perfecta in infirma carne; eorum signa, quæ supervenient universo orbi. Venit Dominus (ait Gregor. Magn. in Evang. Homil. 13.) cum ad iudicium properat, pulſat verò, cum per ægritudinis molestias, esse

Signa in hominis morte quæ in iudicio universali.

Greg. Mag.

esse mortem vicinam designat. Unde resonat in aure clangor tubæ, legitur liber conscientia, pari iudicij universalis timore, licet non tempore: quandoquidem quæ in corpore ægritudine valida, erunt signa in Sole & Luna: aſcendentibus hominibus præ timore & expectatione cauſæ, longè diſito cunctis aſylis reſipiſcentia. Superius fulminat iudex iratus, subeùs orcus flammivomus: hinc peccata criminantia, illic infinita dæmonia: intus perculſa conscientia, foris inſaturabilis flamma. Vid. Tautol. 10. à n. 31.

Tota ſucceſſo ſolo pulſata tellus.
Rampitit cacum cæcis; & totum nemus
Concuſſit horror: terra ſe retrò dedit,
Gemitque penitus: compage rupta ſonuit,
Aut ira ſurens, catenas movit graves.
Subitò debiſcit terra & immenſo ſinu
Laxata patuit. Vidi inter umbras
Torpentes lacus, noctemque veram.
Geliæ in venis ſtetti, baſtque ſanguis.
Stetit in armis omne vipereum genus.
Erynnis ſonuit, & cæcus furor,
Horrorque. Nos liquit animus.
Pavida latebras nemoris umbroſi petunt
Paventes anima.

Senec. in Oedip. à v. 570.

Quò miſer inter anguſtias deprehenſus fugiet peccator? Quia deprehenſus, quantus dolor! Non effugiet, ac ſine doloris utilitate dolebit; quoniam latere, prorsum impoſſibile; & apparere, cruciamentum intolerabile. Tertulian. de Iudic. Dom. cap. 2. v. 7. Deus

Tertull.

Totum in libra ponet ſub examine Mundum.
2 Caveamus fulminis ictum. Oh! At tuba remugit cælum. Retorqueatur Ethnicus, 9. Aneid. v. 503.
At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro
Incepit, ſequitur clamor, celamque remugit.

Virgil.

Cogemur vitæ commiſſa fateri. Unde clangor, inde terror, & cordium horror. Formidabile omnino, ex tubæ horriſono ſono. Mugit per æthera clangor, & tuba multiplici crepitans ſonat auri dolore. Surgite mortui. Quis non timet? Vox faucibus hæret, ſtant crines, tinniunt aures, horreſcit corpus, quia concutitur animus, dum tremor & timor conſcit, animaque ſine vulnere pavet. Venite ad iudicium immortales qui mortales. Quantum cordolium! Quantum corſalium! Enervant virtutem vel in audacibus ſigna: quid facient dira cruciamina? Suſpenſis ſenſibus, immotis motibus, vivacibus tormentis, præ timore iam paſſis, hominibus occupatis à pavore, reſpiratione ægotante, atque virtute languente,

Quantum horror ex quo pavor!

quin viſa videant, nec àudita prorsus atque diant; quia in vicinam intendunt amaritudinem, actionum abdicentes tenorem, perculſo, etiam percuffo intellectu, ſine diſcretionis uſu, fugientibus pericula, corruentibus in maiora, impellentibus gemitibus reſpirationes, quippe ſucceſſiva continuo calamitates: vitæ miſera occurrente, ubi mors quaritur, & in ampliore commotionem iteratur, Sole ſine lumine, ebria luna ſanguine, ſtellis ſepulſis, atque Planetis funeſtis, cælo involuto, mari commoto, ſolo quaſſato, nubibus plorantibus ignem, clamore aſcendente in ærem, retorquentem meditato vocem elamoris, ut echo & echo vehementius torqueatur auris, ſcricunt ulcera pectoris; vel leviſſimum ſolatum evanet hominibus, fugientibus ad ſolatum vel iſtis montibus. Quanti ponderis tormenta, ſi ita ſunt ſigna! & lux eripitur, præriter celumque negatur.

3 Quid ex apparatu theatri, præparatione iudicij? Animi acerbitates geminant calamitatum dolores, ſed nondum ſtatim finis.

Non una facies mobilis flamma.
Sed ecce pugna ignis in partes duas
Diſcedit, & ſeſcindiit inſerit ſacri
Diſcors favilla.

Senec. ubi ſup. v. 320.

Correpta Regia cæli: quò mare, quò tellus, cuncta urente flammâ peribunt: ipla elementa calore ſolventur. Iam mundus in maligno poſitus eſt. Ad nihilum redactus eſt, & nec vivit: tuncque audietur pavide: Surgite mortui. Tremunt orbis igniti columna.

Claud. 2. de Rap. v. 265.

O malè dilecti flores, deſpectaque matris Conſilia! O Veneris deprehenſe ſerius artes! Evomet illo articulo terra cadavera. Quoti fugient ceu non ſua! Projicient laſcivi oculos, concupiſcentia miniſtros. Vani caput, quia vento paſſi, ex illo complebant cerebrum. Maledicus linguam, ne ampliorem patiatur flammam. Perfidus pedus, quo ſimulavit diſſimulatione virus. Manus tur rapaces, ne ſecum habeat latrocinij teſtes. Superbus faciem, pellens arrogantia ſupercilioſum indicem. Aures blanditi, quia præbuerunt arem. Ambicioſi avertabuntur humeros, ubi tam purpura, quam regiminiſ penderos; ſcientes ignis legem, qui portant orbem. Magnates brachia ut nocua aboninabuntur, quoniam potentes potenter tormenta patientur. Oderit quilibet ut tormentum inſtrumenta criminum; ſiquidem per quæ culpa ſubibant ſumma tormenta. Odio luitur amor, quin criminis, ſed pœna intercedat dolor, nec retrahatur in converſionem propoſitum; quantumvis pro conſul.

Quilibet ade rit uti autem tra non ſua, in peccatum est tormentum inſtrumentum.